

Immunitatem.	610	<i>De rebus Ecclesæ non alienandis.</i>	209
Inter alia.	599	A d nostram.	213
Non minus.	593	Nulli.	209
Pervenit.	591	<i>De Regularibus & transeuntibus ad Religionem.</i>	309
<i>De Institutionibus.</i>	160	A d Apostolicam.	357
C um venissent.	169	Ad nostram.	329
Ex frequentibus.	168	Consulti.	373
Non amplius.	160	Cum simus.	355
<i>De Jure Patronatus.</i>	477	Cum virum.	343
C onsultationibus.	489	Ex parte.	380
Cum autem.	491	Licet.	367
Cum propter.	497	Ne Religiosi.	389
Ex litteris.	484	Non est vobis.	326
Nobis.	494	Nullus.	309
Perlatum.	477	Portectum.	349
Postulasti.	504	Sanè.	333
Quoniam.	479	Sicut nobis.	363
<i>De locato & conducto.</i>	213	Significatum.	337
P otuit.	213	Si quis.	313
<i>Ne Clerici vel Monachi sæcularibus negotiis se immisceant.</i>	613	Statuimus.	383
M ulta.	613	Vidua.	322
Non magnoperè.	620	Ut Clerici.	322
Relatum.	624	<i>De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint subiecta.</i>	455
Secundum.	622	A d hæc.	458
Sententiam.	640	Constitutus.	465
Sicut te.	635	Cum dilectus.	466
Super specula.	641	De Xenodochiis.	455
<i>Ne Sede vacante aliquid innovetur.</i>	191	Inter quatuor.	464
I lla.	194	<i>De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.</i>	567
Novit.	191	A udivimus.	567
<i>De Observatione Sejuniorum.</i>	576	Cum ex eo.	573
C onsilium.	576	<i>De Sepulchris.</i>	273
Explicari.	581	F raternitatem.	273
<i>De Parochiis & alienis Parochianis.</i>	284	<i>De Solutionibus.</i>	221
N ullus.	286	A d hoc.	221
Si Episcopus.	284	Odoardus.	224
Significavit.	290	<i>De Statu Monachorum & Canonico-regularium.</i>	426
<i>De Peculio Clericorum.</i>	232	C um ad Monasterium.	445
S i quis sanè.	232	In singulis.	452
<i>De Præbendis & Dignitatibus.</i>	61	Monachi.	426
A d hæc.	78	Quod Dei timorem.	442
Cum jam dudum.	88	Recolentes.	436
Cum secundum.	83	<i>De Successionibus ab intestato.</i>	271
De multa.	109	C um dilectus.	271
Dilecto.	104	<i>De Testamentis & ultimis voluntatibus.</i>	239
Dilectus, il primò.	95	C um esses.	250
Dilectus, il tecondò.	106	Joannes.	269
Episcopus.	64	Nos quidem.	244
Exposuisti.	135	Quia ingredientibus.	239
Extirpandæ.	117	Relatum.	262
Extirpandæ, §. Qui verd.	119	Tua nobis.	264
Grave.	115	<i>De Vita & Honestate Clericorum.</i>	1
Licet.	124	A crapula.	1
Nisi essent.	98	<i>De Voto & Voti redemptione.</i>	425
Non liceat.	61	Litteraturam.	425
Præterea.	82	Quod super his.	425
Quia in tantum.	69		
Referente.	72		
Significatum.	74		
Super inordinata.	140		
<i>De Presbitero non baptizato.</i>	567		
V eniens.	567		

FINIS.

PROSPERI
FAGNANI
JUS CANONICUM,
SIVE
COMMENTARIA
IN QUARTUM LIBRUM
DECRETALIUM.

CUM DISCEPTATIONE DE GRANGIIS.

(Accedo)



COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LIX.

DE SPONSALIBUS.

Idem Alexander III. Vigilien. Episcopo.

CAPUT VIII.

SPonsam alterius (maximè si est nobili ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest Matrimonio copulare.

SUMMARIUM.

- 1 Impedimentum publicæ honestatis oritur inter sponsam & consanguineos sponso intercedens & dirimens Matrimonium inter eos contrahendum.
- 2 Et durat usque ad quartum gradum si sponsalia sint de presenti, licet contracta fuerint non servata forma Concilii Tridentini.
- 3 Si verò sponsalia sint de futuro & valide contracta primum gradum non excedunt.
- 4 Sponsam. Inter sponsam, & consanguineos sponsi oritur impedimentum publicæ honestatis impediens & dirimens Matrimonium inter eos contrahendum. Hoc dicit Joan. Andr. cum quo ceteri concordant.
- 5 Hoc Capitulum si intelligatur in sponsalibus de presenti, non est immutatum à Concilio Tridentino in cap. 3. sess. 24. de reformat. Matrim. & durat impedimentum iustitiz usque ad quartum gradum inclusive; tum quia Concilium loquitur de sponsalibus, quorum appellatione ex proprietate vocabuli non veniunt sponsalia de presenti; tum quia licet ex Matrimonio non consummato non oriatur affinitas, tamen hoc est fortius impedimentum, quam illud quod oritur ex sponsalibus de futuro & ideo non comprehenditur in d. c.
- 6 sed remanet in dispositione juris communis, etiam si Matrimonium fuerit contractum non servata forma à Concilio Tridentino præscripta, ut ex sententia Sacre Congregationis Cardinalium ejusdem Concilii interpretum plenè adoptavi in cap. Ad audientiam à num. 11. usque in finem supra eodem. Sed si Decretalis intelligatur in sponsalibus de futuro impedimentum publicæ honestatis iustitiz ex illa proveniens restrictum est per dictum cap. 3. ad primum gradum, si sponsalia sint valida; si verò sint nulla etiam ex alia causa, quam ex defectu consensûs prorsus sublaturum est, ut dixi in d. c. Ad audientiam, ubi plenè videas; & adde quod in proposito scripti in c. Non debet à n. 20. usque in finem & in c. final. n. 9. infra de consanguin. & affinit.

DE SPONSALIBUS.

Idem Alexander III. Pislavien. Episcopo.

CAPUT X.

EX litteris Silvani Episcopi accepimus, quòd cum duo nobiles viri sui Episcopatus, G. scilicet de Montra & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se convenerunt, quòd eos adinvicem Matrimonii copularent; & hoc tam patres, quam filii, sub juramento se promissere facturos, inter quos siquidem G. filiam alterius consentiente patre, se juravit ducere in uxorem, quo volente ad alia vota migrare, eum Episcopus compellere voluit, ut quod juraverat, adimpleret; & infra. Quia igitur prædicto G. periculosum est contra suum juramentum venire, Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas; & si non acquieverit monitis, Ecclesiastica censura compellas, ut ipsam [nisi rationalis causa obstiterit] in uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet.

SUMMARIUM.

- 1 Jurans cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum per censuram Ecclesiasticam contrahere compellitur.
- 2 Etiam post Concilium Tridentinum, quòd de sponsalibus nihil statutum.
- 3 Sponsalia jurata non impediunt, quominus sponsa possit Religionem ingredi & profiteri.
- 4 Sponsalia impuberum doli capax firmantur juramento.

De Sponsalibus, c. Ad audientiam.

EX litteris, si secundo. Qui juravit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum per censuram Ecclesiasticam contrahere compellitur, hoc dicit sequendum omnes. Primum ponit casum narratum. Secundo committit illius definitionem, hic. Quia igitur.

Dubitatum fuit in quodam casu Mediolanensi. an sponsus qui verba de futuro promiserat mulierem uxorem ducere solis testibus adhibitis sine Parocho, esset compellendus ad contrahendum Matrimonium, & an oblatore c. 1. sess. 24. Tridentini Concilii de reformat. Matrim.

Sacre Congregatio Concilii censuit Concilium non comprehendere hunc casum, cum de sponsalibus nihil statuerit, & per consequens non fuisse dispositionem, c. Ex litteris, si secundo de sponsal. Gregorius tamen XIII. opinionem quòd sponsalia jurata omnino cogantur sponso adimplere, juxta cap. Ex litteris, limitavit in quodam casu Comensi, ut non procedat quando mulier non fuerit Monialis professa; si enim Matrimonium per verba de presenti contractum non impedit quin mulier ingrediatur Monasterium & profiteatur cap. Ex publico de convers. conjugat. multo minus sponsalia de futuro & jurata quæ minus sunt quam Matrimonium.

In glossa secunda, hic Si sint doli capax, nota bene hanc glossam juncto textu in versis. Impubescentis i quod sponsalia impuberum firmantur juramento, ita ut facti puberes sint compellendi per censuram Ecclesiasticam ad contrahendum per verba de presenti, dummodo tamen tempore sponsalium essent doli capax, ut in c. 1. de delictis puer. quod nota ad declarationem Authen. Sacramenta puerum, hic Bart. n. 9. Cod. Si aduers. vendit. & ita hic firmant gloss. præleg. Host. in verb. Jurare, Joan. Andr. Navo. 3. Butr. n. 10. Anchar. n. 3. Abb. n. 6. Alex. de Nervo n. 15. Præpos. n. 4. in fin. & in c. de illis si prima de despons. impuer. gloss. in verb. Judicio, Joan. Andr. & Anchar. n. 4. Abb. n. 6. Alex. de Nervo n. 13. Præposit. n. 1. Covar. in 4. Decretal. part. 1. c. 5. §. 1. n. 3. Non obliuit textus in c. Parvuli & c. Pueri 20. qua. 5. quoniam hic ideo puer jurare prohibetur, quia præstatur juramentum circa effectum, casus puer non erat capax, nempe circa effectum testimonii ferendi, ut hic innuitur in gloss. 2. & hanc solutionem dicit esse veram & communem Præpos. d. n. 4. in fin.

DE SPONSALIBUS.

Idem Alexander III. Archiepiscopo, & Episcopis aliisque Prælati per Anglican Constitutis.

CAPUT XI.

Non est vobis [sicut arbitramur] incognitum, qualiter Rex Anglorum pro discordia, quæ inter ipsum & filios suos est suborta, uxores eorum detineat, & infra. Nos itaque attendentes, justum & honestum esse, ut viri suas petant uxores, Mandamus, quatenus eundem Regem, ad eas restituendas sollicitè moneatis, & si juxta commotionem vestram, filius suus uxores suas infra certum terminum non restituerit, ex tunc in quacumque Provinciarum velstrarum detinentur vel transferuntur, donec ibi fuerint, nulla divina officia [præter baptismum parvulorum, & poenitentias morientium] celebretis, vel permittatis aliquatenus celebrari.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus, & denunciatus an possit absolvere penitentes in articulo mortis & n. seqq. usque in fin.
- 2 Congregationis Concilii Tridentini declaratio.
- 3 Tridentinum Concilium sess. 14. de Sacram. Poenitent. de Cautum reservat. cap. 7. refertur & expenditur.
- 4 Lex vel Canon. debet intelligi ut conveniat Rubrica.
- 5 Verba universaliter restringuntur ad habitos.
- 6 Viaticum & Extrema Unctio ministrari nequeunt à Sacerdote excommunicato & præciso.
- 7 Baptismus in necessitate potest recipi etiam ab hæretico & excommunicato, & n. 13.
- 8 Sacerdos non approbatus potest absolvere penitentes in articulo mortis.
- 9 Poenitentia non est morientibus deneganda.
- 10 Absoluto sacramentali Sacerdotis est actus judicialis.
- 11 Excommunicatus nec judicare potest, nec quemquam solvere vel ligare.

Excommunicatio est jurisdictionis privatio.

Non est vobis. Summatim & dividitur, ut per Joannem Andream.

In Glossa in verb. Baptismus parvulorum.

Quæro, utrum Sacerdos excommunicatus & denunciatus possit absolvere penitentes in articulo mortis constitutos.

Hæc questio proponitur in articulo necessitatis, id est cum non adest alius Sacerdos qui morientem reconciliet, quam excommunicatus & denunciatus. Et in casu hujus necessitatis edita fuit declaratio à Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, in hæc verba.

Episcopus Valen. petit declarari utrum penitentes in articulo mortis constitutos possit in casibus reservatis absolvere quilibet Sacerdos etiam excommunicatus & denunciatus, ut tenent Navarrus de Regalis Confessoriorum c. 27. n. 273. vers. Quem per eadem verba fol. 551.

Congregatio Generalis, Moroni. Alciat. Senonen. M. Alt. Alban. S. Sixti censuit non posse. Quis communis opinio videtur illa quòd tales excommunicati non possint etiam in hoc casu necessitatis, Magister sentent. in 4. dist. 19. S. Thomas in 3. part. quaest. 82. art. 7. ad secundum

& in 4. sentent. distinct. 19. quaest. 1. art. 2. quaest. 2. ad 3. Durand. in 4. distinct. 19. qu. 2. n. 17. in respons. ad 4. Capre in 4. dist. 19. qu. 1. art. 3. Turrecr. in c. 1. n. 2. de Poenit. dist. 6. S. Anton. in 3. part. tit. 14. c. 19. Quinta decima conditio, Bacchon. in 4. dist. 15. qu. 1. art. 2. Scot. in 3. dist. 19. qu. unica art. 4. Ricard. in 4. dist. 18. art. 9. q. 3. Alex. de Alez in 4. part. q. 20. memb. 8. art. 2. Navar. in manuali c. 26. n. 26. facit caput nostrum 24. q. 1. Abb. in c. cum Clerici de Ordin. ab Episc. qui renovo. Decius in l. more. ff. de jurisd. omnium Jud. licet contra teneant Palud. Silvester & Sorus, nec oblat c. 7. de Causum reprobatione, quia debet intelligi de omnibus Sacerdotibus in unitate Ecclesie viventibus referendumque ad eos Sacerdotes de quibus eodem capite septimo in prima & secunda parte agitur qui habent vel ordinariam vel delegatam potestatem, Hæc tenent verba declarationis.

Sed nihilominus Doctores nostræ ætatis contra opinionem frequentius fecerunt, forte quia declarationis prædictæ notitiam non habuerunt, vel quia opinati sunt hunc contrarium fuisse decisam à Tridentino Sinodo in dicta capite

DE SPONSALIBUS

Eugenius Papa.

CAPUT III.

Juvenis, qui puellam nondum septennem duxit, quamvis ætas repugnaret: ex humana tamen fragilitate forsitan tentavit quod complere non potuit. Quia igitur in his quæ dubia sunt, quod certus existimamus, tenere debemus: tum propter honestatem Ecclesiæ, quia ipsa conjux ipsius fuisse dicitur; tum propter prædictam dubitationem: Mandamus, quatenus consobrinam ipsius puellæ, quam postmodum duxit, dividas ob eodem.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia à pubere contracta cum puella minore septennio an pariant publicæ honestatis iustitiam.
 - 2 Pars tutior in dubio est tenenda in spectantibus ad salutem animæ.
- Juvenis. Si major septennio duxit in uxorem minorem septennio & eam tradidit ad donum, ortus ex tali contractu publicæ honestatis iustitia. Hoc dicit in hanc litteram, secundum Anton. de Butr. Card. & Abb. sed juxta intellectum Innocentii, Joan. Andr. & aliorum communiter hoc intendit. Si major septennio in quo malitiam supplet, sponsalia contrahat, ortus ex his iustitia publicæ honestatis, maxime si commiserit tentaverunt. Primum dicitur narrat casum dubium quem secundò duplici ratione definit hic quia igitur.
- In textu ibi, quod certius existimamus, tenere debemus. Nota in spectantibus ad salutem animæ tutiorem partem in dubio esse tenendam; concordant iura hic allegata in glos. 1. Verum insignem hanc regulam sacrorum Canonum plures ex recentioribus Theologis multatim conantur evertere. Alii enim dicunt hujusmodi regulam non esse de præcepto, sed de consilio tantum, quibus contra dicit hæc littera ponderando verbum debemus, quod ex proprietate necessitatem importat. 1. Sap. ff. de offic. procons. glos. 2. in c. Proposuit, supra de appellat. Alii opponunt huic regulæ contrariam regulam, quod in dubio melior sit conditio possidentis juxta textum in l. Res alienas, Cod. de rei vendicat. cum simili. ut per Dec. in l. In pari, ff. de reg. jur. Quam regulam opponunt vendicare sibi locum non solum in materia iustitiæ & in iudicio contentioso, sed etiam in materia aliarum virtutum & in foro conscientie; ita ut propterea cum quilibet sit in possessione suæ libertatis, in dubio minime tenetur debere partem tutiorem quæ favet præcepto, sed libere possit amplecti laxiorem quæ favet libertati. Contra quos pariter stat littera hujus textus; nam iste juvenis antequam sponsalia contraxisset cum prædicta puella absque dubio erat in possessione contrahendi Matrimonium cum illius consobrina, & cum ea de facto jam contraxerat & erat in possessione conjugii; & tamen quia postea supervenit dubium



DE SPONSALIBUS.

Alexander III. Papien. Episcopo.

CAPUT IV.

AD audientiam nostri Apostolatus pervenit, quod cum H. Papiensis civis, filiam suam cuidam filiorum L. dare vellet in uxorem: juravit, quod si ille eam habere casu aliquo interveniente non posset, alteri filio, quem de alia uxore nenerat, eandem Matrimonio copularet. Contractis autem à filio priore sponsalibus, quidam consanguinitatem inter eos esse, juramentis interpositis firmaverunt: ideoque præfatus H. eandem dare alteri filio nititur, ut juravit. Sed quoniam scriptum est, quod sponsam fratris, frater habere non potest; Mandamus, quatenus eum suum implere propositum non permittas; sed ut penitentiam agat de illicito juramento, monitione præmissa Ecclesiastica distractione compellat.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia contracta cum sanguinea pariant publicæ honestatis iustitiam, & n. 6.
 - 2 Sponsalia sub conditione à parentibus contracta non sunt conditionalia, si pure à filijs contracta fuerint.
 - 3 Sponsalia conditionalia non pariant publicam honestatem ante eventum conditionis.
 - 4 Matrimonium ne contrahatur in casibus ab Ecclesia prohibitis, quilibet de populo potest se opponere.
 - 5 Et idem potest esse denunciator, & testis.
 - 6 Sponsalia nulla ex alia causa, quam ex defectu consensus; de jure communi inducunt publicam honestatem quæ impedit & dirimit Matrimonium cum consanguineis sponso usque ad quartum gradum & n. 10.
 - 7 In impedimento publicæ honestatis inducendo Ecclesia magis respicit ad factum quam ad jus & n. 21.
 - 8 Impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus nullis omnino sublatis est ad primum gradum.
 - 9 Sponsalia nulla ex defectu consensus iustitiam non inducunt. Sive sint de futuro, sive de presenti n. 18.
 - 10 Impedimentum publicæ honestatis an oriatur ex Matrimonio contracto contra formam Concilii Tridentini & non consummato, & n. 19. usque ad n. 22.
 - 11 Et quatenus oriatur an fuerit restrictum ad primum gradum per Concilium Tridentinum, n. 22. & n. 19. usque.
 - 12 Impedimentum publicæ honestatis, quod oritur ex Matrimonio rato & non consummato, non est sublatis à Concilio Tridentino & n. 23.
 - 13 Sponsalia proprie dicuntur ante Matrimonium contractum postea vero nomen improprie.
 - 14 Sponsa de futuro non comprehenditur in statuti odiosa loquentibus de uxore.
 - 15 Sponsalia de presenti inducunt majorem honestatem quam sponsalia de futuro, n. 24.
 - 16 Dicitur, omnino, quid importet, & n. 19. usque.
 - 17 Obligatio naturalis non oritur ex contractu omnino nullo & n. 24.
 - 18 Gradibus consanguinitatis & affinitatis sublatis consentitur etiam sublatis gradibus honestatis.
 - 19 Jus Cruille non potest tollere naturalem consensum, sed tantum illius effectus.
 - 20 Matrimonium etiam nullum parit infamiam, & bigamia impedimentum.
 - 21 Matrimonium de facto contractum à Monacho, producit impedimentum publicæ honestatis.
 - 22 Impedimentum publicæ honestatis an obstat in foro conscientie, si Matrimonium sit omnino acutum.
 - 23 Sponsalia mutuo consensu dissoluta inducunt publicæ honestatis impedimentum.
- neffatis iustitiam orti etiam ex sponsalibus nulliter contractis cum consanguinea, ut hic est casus secundum Joan. Andr. cum quo concordant Butr. Card. Anchar. Abb. Præpos. & Alexan. de Nevo omnes in Summario textus, & quamvis littera narrans factum loquitur in fratre, tamen idem est in omnibus consanguineis sponso usque ad quartum gradum inclusive, ad præscriptum c. Non debet, infra de consanguini. & affini. Secundum Abb. hic n. 3. & latius dicam infra n. 10. quod locum habet non tantum sponsalia sine nulla ob impedimentum consanguinitatis, ut in textu, sed etiam si nulla sint ex quolibet alio impedimento juris positivi, puta affinitatis in primo genere, & quarto gradu, vel exteriori, frigiditatis, religionis, & hujusmodi: satis est enim ad inducendam publicæ honestatis iustitiam, ut sponsalia sint aliquæ de jure naturali, & sic teneant ratione contentus; ut expressum in d. c. 1. infra eodem lib. 6. quo textu approbata fuit opinio Hugonis, & Joan. in c. Si quis desponsaverit 27. q. 1. & Innoc. hic post princ. in ver. implere, qui dicebant Monachum Sacerdotem, frigidum, & consanguineos personam contrahendo cum aliqua de facto, impedire omnes eorum consanguineos cum eadem contrahere, ut notatur in d. c. 1. in gloss. in verb. Dissolubendum. Quippe in inducendo impedimento iustitiæ sacri Canonis magna respectum ad factum, quam ad jus: oritur enim publicæ honestatis



PROSPERI
FAGNANI
COMMENTARIA

In Quartum Librum

DECRETALIU.

DE SPONSALIBUS
ET MATRIMONIIS.

Ex Concilio Tiburenfi.

CAPUT I.

DE Francia quidem nobilem mulierem de Saxoniam, Lege Saxonum duxit in uxorem: verum quia non eisdem utuntur legibus Saxones & Francigenae, causatus est, quod eam non sua, id est, non Francorum Lege desponsaverat; dimissaque illa, aliam superduxit. Definivit super hoc sancta Synodus, ut ille transgressor Evangelicae legis subiciatur poenitentiae, & a secunda conjugate separetur & ad priorem redire cogatur.

DE Francia. Matrimonium consensu contrahitur, licet solemnitates vel consuetudines patriae non serventur. Hoc dicit Joan. Andr. Barr. Cardin. Anchar. Abb. Praepos. & Alexand. de Nevo; & duo faciunt: Primum ponit casum: Fagnan. in IV. Lib. Decretal.

Secundo definit hic. Definuit Joan. Andr. Pro intelligentia hujus textus vide quod scripsi in [capite Utrum, n. 15. de cognat. spirit.

A

Et Decius in 2. notab. supra de consuetud. Et tamen Concilium Florentinum in decreto fidei Eugenii IV. ubi explicantur verba essentialia conjugii Sacramenti, videtur potius sensisse verba non esse de essentia Matrimonii, dum in §. Septimum est Sacramentum, definitur per hoc formalia verba: *Causa efficiens Matrimonii regulariter est mutus consensus per verba de presenti expressus*. Videtur enim dixisse regulariter, tum propter multos qui verba nequeunt proferre, & tamen valide contrahunt; tum propter filios, quorum taciturnitas efficit Matrimonium pro ipsius parentibus contractum, ut dicitur etiam sup. nam. 12. tum propter sponsalia, quae per solam copulam subsequentem sine verborum ministerio transeunt in Matrimonium, ut constat ex dictis Job n. 13. Tum generaliter propter alios, qui malunt nubere ac signis contrahere quam verbis. Non meminit autem Concilium de signis, sed de verbis tantum, quia decet & honestum est, & tanto Sacramento magno per consentaneum, ut interior consensus non tollit nubibus ac signis, quae plerumque possunt esse aequivocae & incerta, sed claris verbis exprimitur, nisi aliqua rationabilis causa excuset, ut de virginibus proxime dictum est.

Non obstant argumenta superius adducta pro prima lectione, nam ad primum deductum ex verbis hujus Decretalis patet responsio ex dictis supra n. 23. Et sequi de ad ponderationem, quae secundo loco fit de muto, respondetur in hoc cap. contrarii differentiam inter muros, & dari volentes. Imò enim exemplum muti ponitur potius ad probandum in Sacramento Matrimonii verba non esse necessaria, cum surdi, & muti sine verbis contrahant.

Ad tertium, nempe ad c. si inter virum inf. eodem, & c. Licet de spons. duor. respondeo verba illa utique dicente, in predictis iuribus fuisse apposita per modum exempli, quod regulam non restringit, ut hic observat Præp. n. 6. ad fin. Ad quartum respondet Host. hic n. 4. dicens aliud in Sacramento Baptismi, ubi verba de forma verborum sunt de

substantia, cap. Detrahe. x. qu. 1. & c. 1. supra de Baptisim. aliud in Matrimonio in quo verba, & forma verborum non sunt de substantia, ut constat ex dictis. Sed adde Baptisimum non respondens esse invalidum quoad præsumptionem tantum, quia ex quo adultus est, & discretus, & respondere potest, & non responderi, Ecclesia præsumit, eum fidei, & non vero animo de puro ad Baptisimum accedere, ut notat glof. ult. Archid. Bellam & Turrecr. in d. c. Cum parvulus de consecr. dist. 4.

Ad quintum similiter respondetur, multas esse differentias inter Matrimonium carnale & spirituale, quarum sex prosequuntur hic Host. num. 5. & 6. Joan. Andr. num. 4. Card. num. 3. & reliqui post eos, plene Everard. in sua Centuria in loco à Matrimonio carnali ad spirituale, quarum una est, quia carnale solo consensu contrahitur, spirituale vero nunquam contrahitur sine verbis, ut per eos.

Ad sextum & ultimum respondet hic Host. num. 3. in fin. non obitare exemplum ab Innocentio adductum, quia in casu illo non potest fieri fides Ecclesiae de consensu etiam tacito, quin imò etiam alter in alterum simul confentiat, non potest tamen dici verba loquendo utrique simul confentire, cum alter sensum alterius non percipiat, sed ignoret.

Nota ex text. Matrimonium perici per solam legitimum viri & mulieris consensum, & hanc dicit esse communem lectionem 1. e in princ. & de legitimum quoad statem, cap. de illis si primo, infra de despons. impubr. & quoad liberti arbitrii motum, cap. Gemma supra sed. & not. in cap. Cum laicum supra et. Host. & Joan. Andr. hic num. 2. in ver. legitimum. Item nota verba esse necessaria de solemnitate probationis, quae tamquam solemnitas potest impleri per alia signa inquilientia. Item nota iuridum, & mutum posse solis virginis Matrimonium contrahere. Item nota pueror esse inhabiles ad Matrimonium, intellige, nisi multas impleat ætatem, de quo dic. ut scripsi in d. cap. De illis & Puberes, infra de despons. impubr.



DE SPONSALIBUS.

Honorius III. Episcopo Berguon.

CAPUT XXVIII.

Consultationi tuæ breviter respondemus quod mulieres quæ veniunt ad valvas Ecclesiæ benedicendæ cum sponsis, & ibi reclamantes affirmant, se nunquam in eorum Matrimonium consensisse, audiri (sponsis legitimè probantibus contrarium) non oportet; cum legitimis & idoneis testibus non debeat illarum simplex assertio prævalere. Sanè illis, quæ benedictione accepta, mox à sponsis aufugiunt ante carnalis copulam subsécutam, asserentes se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsi, verba protulisse consensu, licet animo dissentirent, non statim est audientia deneganda, sed de illato metu est cum diligentia inquirendum, & si talis metus inventiatur illatus, qui cadere potuit in constantem virum, erunt non immeritò audiendæ.


SUMMARIUM.

- 1 Matrimonio probato, non auditur negans simpliciter consensum, sed asserens meticulofum, & probare volens auditur.
- 2 Mulieri neganti se in Matrimonium consensisse, non creditur, marito probante contrarium.
- 3 Matrimonium non valet, si probetur contractum per metum cadentem in constantem virum vel mulierem, ib. & n. 7. & 14.
- 4 In Matrimonio dicitur legitima probatio, quæ fit per idoneos testes.
- 5 Maxime ubi agitur de Matrimonio dissolvendo.
- 6 Matrimonium difficultatis dissolvitur, quam contrahitur.
- 7 Testis inducendi contra Matrimonium debent esse omnino exceptione majores.

- 8 Et hæc qualitas articulanda & probanda est ab inducente.
- 9 Organum vocis est fallax.
- 10 Mulieri dicenti se contraxisse per metum, incumbit onus probandi non solum ipsum metum, sed etiam illius qualitatem.
- 11 Metus cadens in constantem virum dicitur mortis periculum vel corporis cruciatus.
- 12 Timor vanus non excusatur.
- 13 Metus quando dicitur cadere in constantem virum relinquitur arbitrio iudicis.
- 14 Masculinum concepti femininum, ut vitæ absurdum.
- 15 Metus minor excusat feminam, quam masculum.

Consultationi. Legitimum proposita vel allegata violentia non excusat, secus autem cum legitime allegatur, hoc dicit secundum Abb. Antiquum vel aliter secundum Cardin. Probato Matrimonio non auditur negans simpliciter consentium, sed asserens meticulofum & probare volens auditur. Contra dicit tamen sic summatur, mulieri quæ negat se in Matrimonio consensisse, non creditur marito probante contrarium, sed si probat consensisse per metum qui potest cadere in constantem virum, non tenet Matrimonium, Joan. Andr. Butr. Anchir. Abb. Joan. de Anan. Præp. & Alex. de Navo duos casus determinat. Secunda. hic. Spons. Joan. Andr.

- 1 Nota primò hic, legitimis & idoneis testibus, ubi agitur de probatione Matrimonii, tam dicit probationem legitimam quæ fit per idoneos testes, hic & in c. 1. infra de conjugiu.
- 2 & affert. Archid. hic in 3. notab. & Præp. n. 1. Quod si probatur ubi agitur de Matrimonio dissolvendo qua spiritualia difficultas destruitur, quam contrahunt, cap. Inter corporalia in trans. de translat. Episcopi unde lex dicit solentem Matrimonii dissolutionem esse, quam conjunctionem, l. Conjuncta, Cod. de repudi. Ad idem bonus text. in l. Nullum seorsum & ff. de divorc. unde videtur induci contra Matrimonium debent esse omni exceptione majores, cap. 1. infra de conjugiu. & affert. ubi glof. in ver. Majores, Butr. num. 8. Abb. n. 5. vers. Item nota de Præp. n. 9. Felix supra rubr. num. 17. Covarr. lib. 4. Decretal. part. 2. c. 8. §. 12. n. 7.
- 3 Nota secundò hic, legitimis & idoneis testibus, ubi agitur de probatione Matrimonii, tam dicit probationem legitimam quæ fit per idoneos testes, hic & in c. 1. infra de conjugiu.
- 4 & affert. Archid. hic in 3. notab. & Præp. n. 1. Quod si probatur ubi agitur de Matrimonio dissolvendo qua spiritualia difficultas destruitur, quam contrahunt, cap. Inter corporalia in trans. de translat. Episcopi unde lex dicit solentem Matrimonii dissolutionem esse, quam conjunctionem, l. Conjuncta, Cod. de repudi. Ad idem bonus text. in l. Nullum seorsum & ff. de divorc. unde videtur induci contra Matrimonium debent esse omni exceptione majores, cap. 1. infra de conjugiu. & affert. ubi glof. in ver. Majores, Butr. num. 8. Abb. n. 5. vers. Item nota de Præp. n. 9. Felix supra rubr. num. 17. Covarr. lib. 4. Decretal. part. 2. c. 8. §. 12. n. 7.
- 5 Quamvis multi oppositum sentiant, tamen hæc est communis opinio, ut testatur Socin. Junior cons. 29. Circa præsentem consultationem num. 8. & seq. lib. 2. ino magis communis, ut per Gabr. cons. 1. 8. de testib. nu. 73. quam sequitur etiam Nota secunda est, ut dicit. 209. n. 1. part. 1. de ver. Caputque dicit. 287. n. 1. part. 3.
- 6 Quod multò clarius procedit, ubi liquidò constat de Matrimonio non solum contracto, sed etiam consummato, text. est in c. In litteris de testib. ubi quia vir nobilis uxorem duxerat & cum ea per septennium cohabitaverat, in causa dissolutionis Matrimonii repellebatur testes non omnino integri ad idem text. in cap. Insuper, qui Matrimonium accus. poss.
- 7 Quin imò hæc qualitas, quod testes sint omni exceptione majores, aut saltem probatæ vitæ & opinionis, non sufficit ut inducatur, sed necesse est ut articuletur & probetur ab inducente, Butr. in l. 1. §. Si quis negat. nu. 12. vers. Et requiritur, ff. Quædammodum testium. apertam, quem com-



DE SPONSALIBUS.

Gregorius IX. Episcopo Cenomanen.

CAPUT XXX.

Is qui fidem dedit M. mulieri super Matrimonio contrahendo, carnali copula subsécuta, & si in facie Ecclesiæ ducat aliam & cognoscat, ad primam redire tenetur, quia licet præsumptum primum Matrimonium videatur, contra præsumptionem tamen hujusmodi non est probatio admittenda; ex quo sequitur, quod nec verum, nec aliquod censetur Matrimonium, quod de facto est postmodum subsécutum.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia de futuro de iure communi transeunt in Matrimonium per carnalem copulam subsécutam, sed non per ipsum carnalis copula tantum.
- 2 Et præjudicant Matrimonio postea contracto.
- 3 Præsumptio juris, & de iure idem operatur in casu præsumpto, quod veritas in casu veris.
- 4 Et probationem in contrarium non admittit.
- 5 Præsumptio juris, & de iure non habet locum in foro animæ, sed in foro veritatis.
- 6 Sponsalia non transeunt in Matrimonium quoad Deum, si

- 7 copula non intercesserit officio conjugali, sed fornicario.
- 8 Pars statueri non potest ut sine consensu expresso, vel tacito fit Matrimonium.
- 9 Sponsalia post Concilium Tridentinum non transeunt in Matrimonium per copulam subsécutam.
- 10 Et possunt mutuo consensu solum dissolvi, n. 10.
- 11 Sponsalia de futuro contra præsentem Parochum, nulli tantum adhibitis testibus, non sunt invalida ex Concilio Tridentino, sed remanent in dispositione juris canonici.
- 12 Sponsalia per verba de presenti contracta non feruntur

forma de Concilio prescripta per copulam subsecutam in Matrimonium non transeunt, si decretum de reform. Matrimonii in Parochia fuerit publicatum.

12 Sponsus cogi debet ab Ordinario per censuras ad implendum iuramentum: & super voto petenda est dispensatio ab eo qui potest concedere.

13 Sponsalia de presenti inter puberum, & impuberem coram

IS qui fidem. Sponsalia de futuro transeunt in Matrimonium per carnalem copulam subsecutam, sed non per nisi carnalis copule tantum, hoc dicit cum c. fin. infr. eod. secundum Joan. Andr. Butr. Abb. Alex. de Nave & reliquos omnes. Primb ponit thema, ex quo facit elicitar quæsitio. Secundo illam solvit & rationem subijcit, hinc, Ad primum.

Nota ex hac decretali sponsalia de futuro hoc iure inspecto per sequentem copulam in Matrimonium transire, adeo ut præjudicent Matrimonio postea contracto, ut hic est casus secundum Abb. Antiqui & alios communiter, concordat cap. Veniens il secundo, supra eodem. Ratio est, quia Ecclesia ex carnali conjunctione presumit in sponsis consensum conjugalem ad excludendum peccatum, quod incurrerent ex copula fornicaria, ad l. Merito, ff. pro soc. ut per Covarr. in cap. de sponsal. par. 1. c. 4. §. 1. n. 1. & hæc est præsumptio juris & de iure, id est, iurata de Canone, quam Holt. & Jo. Andr. dicunt iuram, indubitam & omnino certam iure scripto sine probatione approbatam & necessariam appellat Specul. in tit. de presump. §. 2. sic distinguens illam à temeraria, probabilis & violenta, unde idem operatur hæc præsumptio in casu præsumptio, quod veritas in casu vero, secundum

Butr. Abb. Alexan. de Nave & Preposit. hic in 1. notab. & consequenter non audiretur sponsus, qui assereret se non cognovisse sponsam affectu uxorio, vel animo Matrimonium contrahendi, quia præsumptio juris, & de iure probationem in contrarium non admittit, ut hic notat gloss. ut. Holtensius. n. 2. in fin. in ver. Admittenda, Joan. Andr. n. 8. Butr. in secundo & tertio notab. Abb. n. 2. Alex. de Nave, n. 3. &

5. communiter omnes. Hæc tamen præsumptio locum habet in foro contentioso & judiciali duntaxat, non autem in foro animæ, in quo non cadit præsumptio, seu fictio; sed ipsa veritas, unde si vere sponsus cognovisset sponsam non affectu uxorio, sed fornicario, non esset Matrimonium in foro pœnitentiæ & quoad Deum, c. Tuam supra eod. nam ut inquit Joan. Andr. hic n. 4. post Holt. sub n. 3. vers. Sic Papa. Si sponsus nullo modo convenit in primam, sed in secundam, est Papa sit supra jus, tamen consensus valere non potest, nec contra conscientiam hominem urgere. Et quamvis postea idem Holt. vers. Finaliter tamen, videatur concludere obedientiam esse Papæ in utroque foro; tamen fatetur Papam efficere non posse, ut sine consensu expresso vel tacito sit Matrimonium, & hoc verius & communi.

8. Ceterum cum hodie ex decreto Concilii Tridentini cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim. prescripserit nova forma Matrimonii contrahendis cum decreto irritante; utique sponsalia de futuro non transeunt amplius in Matrimonium per copulam subsecutam, sed necesse est iterum contrahere per verba de presenti coram Parocho, & testibus iuxta formam hinc statutam, & sic non est amplius locus dispositioni hujus c. quod & Navarrus advertit in Man. cap. 25. num. 143. quem refert & sequitur Menoch. de presump. lib. 2. præsumpt. 1. n. 99. & sepius censuit S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.

9. Et in specie Episcopos Giennen. venit declarari. Primb an sponsalia de futuro contracta præsentè Parocho, nullis tamen adhibitis testibus, sint invalida vigore decreti Concilii Tridentini, de quo sess. 24. cap. 1. de reform. Matrim.

10. Secundo, an sponsalia legitime contracta carnali etiam copula subsecuta, possint mutuo consensu partium dissolvi. Ad primum S. Congregatio respondit, Concil. c. 1. sess. 24. de reform. Matrim. vers. Qui eliter, loqui de contrahendis Matrimonium, non autem sponsalia de futuro, & idem quod attinet ad hujusmodi sponsaliorum de futuro validitatem, servandum esse jus commune.

Ad secundum respondit, quomodocumque accipiatur illa decisio legitime, sive prout à jure communi disponitur, seu coram Parocho & testibus, non posse dici subesse validum, & indissolubile Matrimonium. Etsi enim ante Concilium hujusmodi sponsalia transeverunt in Matrimonium, c. In qui fidem de sponsal. tamen quia Concilium voluit nullum esse Matrimonium non contractum coram Parocho, & intelligitur de Matrimonio per verba de presenti; si hic actus Matrimonii coram Parocho per verba de presenti non intervenit, non potest dici subesse validum Matrimonium.

Parocho, & testibus contracta post Concilium non transeunt in Matrimonium per cohabitationem & copulam.

14 Matrimonium nulliter contractum ex causa meâ, servata in reliquis forma Concilii Tridentini, si impedimentum sit occultum, convalescit ex mutuo consensu conjugum.

15 Sponsus, qui sponsam stupravit, non potest pœnitentia sua; sed gravius arbitrio Episcopi.

Ruritus propolita fuit in Sac. Congregatione hæc facti species. D. Nicolaus plures coram testibus Lucie promisit, imò per verba de presenti asseruit se eam in uxorem accipere velle, ipsa itidem respondente se eum in virum accipere, posteaque subsecuta est inter eos carnalis copula, post quam Nicolaus infirmitate correptus, Deo cum juramento vocit illum se ducturum in uxorem. Quæsitum fuit an Matrimonium esset validum, & an posset compelli ad contrahendum & ad implendum votum ac iuramentum S. Congregationis censuit, si casus, de quo agitur, contigit post triginta dies à die primæ publicationis decreti Concilii Tridentini, de reform. Matrim. cap. 1. factis in Parochia dictor. Nicolai & Lucie; & verbis illis de presenti prolatis non interfuit proprius Parocho eorundem, certum esse hujusmodi contractum nullum esse ex eodem decreto Concilii de reform. Matrim. cap. 1. vers. Qui eliter, nec posse dici sponsalia secuta copula transeverunt in Matrimonium per c. In qui fidem de sponsal. Quia Congregatio jam dudum declaravit d. c. In qui fidem; hodie non habere locum si non sit servata forma præscripta in d. c. 1. de reform. Matrim. Quoad iuramentum, & votum non esse Congregationis, quia adendum est Ordinarium pro iuramento, qui postea per censuras cogat ad observandum, casu quo Lucia non consentit. Item pro voto petenda dispensatio ab eo, qui daret potest, aliam non potest stare Nicolaus cum tuta conscientia.

Ad hæc Episcopus Squillacen. postulavit deelarari, an contractus sponsalibus per verba de presenti inter mulierem etatis annorum decem, & virum majorem servata forma Trid. Concilii, & longi temporis cohabitatione, atque carnali copula subsecuta, hujusmodi contractus habeat vim legitimi Matrimonii, non servata iterum post pubertatem forma Concilii S. Congregatio censuit non habere, nisi iterum coram Parocho proprio contrahatur per verba de presenti, iuxta formam Concilii, si modo tempore adveniens pubertatis mulieris ante copulam publicum fuerat in parochia contrahentium decretum Concilii sess. 24. de reform. Matrim. c. 1. & lapsi erant triginta dies à prima publicatione. Idem responsum in causa Meliten. ubi dictum fuit, Matrimonium inter impuberem contractum per verba de presenti, forma Concilii non servata per copulam & cohabitationem subsecutam, non transire in Matrimonium tanquam valuerit velut sponsalia de futuro.

Secus tamen esset si Matrimonium in facie Ecclesiæ contractum esset nullam ex causa meâ, & impedimentum esset occultum, quia tunc mutuo consensu conjugum convalesceret ex declaratione Pii V. Dubitavit namque Episcopus Hæracen. si Matrimonium contractum, & consummatum fuerit per meum servata in ceteris forma Tridentini Concilii, & postea conjugum mutuo consensu, & spontanea cohabitatione convalescit, an hoc illud censetur validum non aliter servata forma Tridentini Concilii. Bon. mem. Cardinal. Carrassa hæc adnotavit; si impedimentum ex metu presuppedito occultum sit, non esse oportiterum contrahere repetitis solemnitatibus aliàs ritè adhibitis in primo contractu. Si autem impedimentum esset manifestum, Matrimonium de novo contrahendum esset servata forma Concilii Trid. iuxta responsum Congregationis aliàs datum ad dubium Cardin. Portugall. ac secundam declarationem Pii V. de qua testatur Navarr. in Summ. c. 22. num. 70. vers. Advertendum quartè.

Sed hic incidit dubitatio, an sponsus, qui sponsam stupravit, ac stupravit, possit puniri ab Episcopo pœnitentia contrahentem à sacris Canonibus inflicta, præterea quòd hodie ex decreto Concilii sponsalia post copulam subsecutam non transeunt in Matrimonium, ut transibant ante Concilium. Breviter ad propositum dubium S. Congregatio respondit, non posse puniri pœnitentia, sed gravius arbitrio Episcopi duntaxat ex decreto cap. 1. sess. 24. de reform. Matrim. monendus tamen esse ut quamprimum factis sponsalibus contrahant Matrimonium propter periculum.



DE SPONSALIBUS.

Idem Gregorius IX.

CAPUT XXXI.

SI inter virum & mulierem legitimus consensus interveniat de præsentè, ita quod unus alterum mutuo consensu verbis consuetis expresso, recipiat, utroque dicente; ego te in meum accipio, & ego te accipio in meum vel alia verba, consensum experimentia de præsentè, sive sit iuramentum interpositum, sive non, non licet alteri ad alia vota transire, quòd si fecerit, secundum Matrimonium de facto contractum (etiam si sit carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in sua firmitate manere. Verum si inter ipsos accessit tantummodò promissio de futuro, utroque dicente alteri, ego te recipiam in meam, & ego te in meum, sive verba similia, si alius mulierem illam per verba de præsentè, desponsaverit, etiam si inter ipsam & primum iuramentum intervenierit [sicut diximus] de futuro, hujusmodi desponsationis intuitu, secundum Matrimonium non poterit separari, sed eis est de violatione fidei pœnitentia injungenda.

S U M M A R I U M.

- 1 Sponsalia de presenti non solvuntur per sequens Matrimonium etiam consummatum, & n. 7.
- 2 Sponsalia de futuro etiam jurata solvuntur per subsequencia de presenti.
- 3 Matrimonium an possit contrahi sine verbis consensum experimentibus.
- 4 Subaratio subsecuta post verba alterius ex contrahentibus ad Matrimonium apta, arguit consensum Matrimoniale.
- 5 Matrimon. contrahi potest non solum per verba consuetas hinc expressa, sed etiam per alia consimilia.

- 6 Nec requiritur ut ambo sint concordés in forma verborum.
- 7 Matrimonium etiam gravatè secundo, etiam carnali copula consummato.
- 8 Sponsalia de futuro contrahi possunt per quæcumque verba consensum experimentia, non de præsentè, sed de futuro.
- 9 Sponsalia de futuro propriè dicuntur sponsalia, si de presentè autem impropiè, & respectu futura executionis Matrimonii.
- 10 Uxor ante carnalem copulam, & traditionem ad dæmum viri, multa in locis appellatur sponsa.

SI inter virum. Sponsalia de presenti non solvuntur per subsequens Matrimonium etiam carnali copula consummatum.

Sed sponsalia de futuro etiam jurata solvuntur per subsequencia de presenti. Hoc dicit Secundum dictum hic, Verum si.

Nota i. hic, Verbis consuetis expresso, argumentum quòd ad Matrimonium in eo, qui potest loqui, necessaria sunt verba consensum experimentia, ut hic innuitur, & in cap. Licet infra de spons. duor. & videtur expressum in cap. Tua, supra eodem, ubi dicitur Matrimonium in veritate contrahi per legitimum viri & mulieris consensum; sed necessaria esse quantum ad Ecclesiam verba consensum experimentia de presenti, & secundum hoc altero tantum eo loquente non erit Matrimonium quoad Ecclesiam, quia non loquens suum consensum sufficienter non exprimit, argum. hujus litteræ, hic, Utroque dicente. Idque ad exemplum stipulationis quæ non contrahitur, nisi utroque loquente, etiam si annuat sine verbis, l. 1. in princ. §. Et si quis ita, ff. de verb. obligat. & ita firmat gloss. in c. Tua nos, in verb. Nec forma supra eod. dicens ad esse Matrimonium duo esse necessaria, substantiam scilicet & formam, sicut ad esse hominis; pro substantia esse hic consensum, pro forma verba consensum experimentia & si alterum deit, non esse Matrimonium. Idem tenet gloss. juris civilis in leg. Cum nosissimi, in verb. Solam, Cod. de presump. trigint. vel quadrag. annor. & hic Bald. n. 7. Bart. in l. Nuptus n. 1. ff. de revol. jur. Goffred. in sum. tit. de spons. n. 22. Innoc. in c. Tua post princ. in ver. Consensum supra eod. dicens in valentibus loqui non sufficere contentum sine verbis.

Ceterum hic intellectus secundum Holtien. sic in princ. in ver. expresso, aperte reprobat in cap. Ex litteris, & c. In qui fid. supra eodem in cap. Contrahatur, & cap. de illis si primo, §. 1. infra de despons. impuber. & in l. Sed qua Fagnan. in IV. Lib. Decretal.

patris, ff. de sponsal. in quibus contrahentes factio ipso sine ullis verbis censentur consentire.

Nec obstat, quòd hic dicitur, nam post litteram hic, Vel alia verba, subaudiendum, vel præsumptiones violentis, ut in juribus allegatis, & in cap. illud de presump. vel signa & natus, seu argumenta sufficientia, ut plene notatur in d. c. Tua supra eodem, nam hujusmodi signa equipollentibus hinc formæ, unde non refert quid ex equipollentibus fiat, c. Licet ex quadam de testib. cap. Tua de consang. & affinit. dummodò consensus exprimat etiam non loquendo, nam multe mulieres præ verecundia plerumque annunt potius, quam loquantur, maxime presentibus parentibus cap. Honorantur 32. quaest. 2. & in hoc tandem refidet hic gloss. 1. cum qua concordat Holtien. loco citato, Butr. n. 9. Card. num. 4. & Abb. n. 6. gloss. in cap. Sufficiat in ver. Initio 22. quaest. 2. Lapis allegat. 56. per tot. & tenent in d. c. Tua sup. eod. Holtien. in ver. de præsentè, Butr. n. 8. Card. ad fin. Anchi. n. 3. Abb. eodem n. & Alex. de Nave n. 15. & alii tam Jurisperiti, quam Theologi, quos novissime cumulat Thom. Sanchez. in tract. de Matrim. tom. 1. lib. 2. disposit. 31. n. 5. Quorum opinio videtur non obscure approbata à Concilio Florentino in Decreto fidei Eugenii IV. §. Septimum Sacramentum, hic, Consensus per verba regulariter expressus facit Matrimonium, dum enim dixit regulariter, satis clare innuit, verba non semper adhiberi ac prout ad validitatem Matrimonii non pertinere.

Quo fit ut si alter ex contrahentibus proferat verba apta ad Matrimonium, & deinde subsequatur subaratio per immisionem anuli, ex hujusmodi actu satis arguitur consensus Matrimonialis, ut hic firmat gloss. v. in fin. Butr. n. 9. & plerique alii, Holtien. in cap. Ex litteris il primo num. 1. dicens esse hic de hoc textum apertum, supra eodem, & tradant communiter omnes in cap. Illud de presump. & in cap. fin. de despons. impuber.